

riticos compositos ceu *basis* ingreditur. *Magisterium* est nullius usus, sed propinandus potius est solus pulvis in ∇ . appropriata, verb. grat. *Papaveris Rheados*, *acaciae*, *flor. sambuci* &c. conveniunt in *Gonorrhæa marium*, sicuti etiam specificè in *Gonorrhæa mulierum*, quæ *fluor albus* audit. *Calculus* pellit, & \square *as* promovet, & efficaciter etiam *renes* detergit. *AXUNGIA* Lucii piscis imprimis in usu est in *tussi infantum*, illinitur pedibus tempore vespertino, ut possint dormire sine tussi & molestia: sistit eorum *catarrhos*, ac tussim demulcet.

MATER PERLARUM.

Quod nihil est aliud nisi *concha*, in qua reperiuntur *Perlae*, & est idem quod *Perlæ*. Observetur enim, quod *concha* exspuat *salivam* sive *liquorem limpidum*, roscidum & perspicuum, qui, si intra spatiosa carnis retineatur, & ibi sensim sensimque coaguletur, *abit in perlas*, *cujus* *Perlæ* sensim augentur per *pelliculas*: nam si hæc fuerit coagulata, accedente novo humore, qui eam incrustat, coagulatur denuò, & sic in magnum excreverunt *perlæ*. Quod si hæc saliva exspuatur extra *concham*, coagulatur & concrevit in *testam conchæ*, quæ vocatur *mater perlarum*, quoniam est receptaculum *conchæ*, in quâ fiunt *perlæ*, est ergo una eademque *materia*: nisi quod *Perla* sint magis *depurata* atque *defecata* quàm *mater perlarum*, quæ *impurior*. Nam dum remanet *materia* in *conchæ* corpore, degenerat in *perlas*: si verò evomat a *concha*, concrevit & convertitur in *testam*; simile videmus in *testudinibus* & *cochleis omnibus*, qui *sunt ex liquore* quasi *salivati bestiola*, qui utur liquidus *persensileatur*, coagulatur tamen ex principis *salinis*, & secundum laborem naturæ: Nam omnes habent easdem facultates atque *testæ* *cancrorum* à \odot . vol. *alcalicum* paucò *acido*, quæ coagulando mutuo in talem substantiam concrevunt: & quod dicitur de *testudinibus*, *conchis* & *cochleis*, de omnibus *ostrearum* speciebus verum est. Et hæc est *natura perlarum*, & sicut se res habet cum oculis *cancrorum*, eodem modo se habet cum *perlis*, quæ eandem habent naturam cum *conchis*, ergò eandem *virtutem*, quam habent *perla*, habebit etiam *mater perlarum* & contra. Quod attingit *vires*, superius dixi, quod *STROBELBERGERUS* ex ea præparat *specificum in tertianis*: quod etiam parari posset ex *perlis*: Unde rectè dicit *DEODATUS*.

Qualis erat mater filia talis erit.

Interne habet easdem virtutes, quas oculi *cancrorum*. Præcipitat, \square *am* movet, & *vulnerarium* est: ut ut pro tali scopo raro adhibeatur, propterea quoniam est nimis pretiosa. Audacter tamen dico, ad quos usus conveniunt *Perlæ* & *mater Perlarum* ad eosdem convenire oculos *cancrorum*: nam *vis cordialis* illis adscripta est *ridicula*. Plura qui cupit vid. potest *dissert.* elegantissimam *D. ROLFINKII de Perlis*.

MUSTELA PISCIS,
die Ahl:Maupé.

Hæc est celebris propter *EPAR*, quod in vitro suspensum in leni \odot calore *abit in liquorem oleaginosum*, qui est *specificum* singulare in

deficiente visu vel in debilitate visus: aded ut à mediculter reperiatur *remedium*, quod huic liquori ex *epate mustelæ piscis* sit par. Singularissimum ejus & expertum usum demonstrat *FORESTUS lib. II. obs. 38.* ubi refert visum, qui omnino fuit propter acres humores oculorum nervos occupantes depravatus, fuisse restitutum ex liquore hoc illico palpebris oculorum. Vid. *FORESTUS lib. 10.* Multum etiam commendatur ab *HARTMANNO in praxi Chymiatr. pag. 95.* Nam in frequenti & felici usu est apud *Belgas*, in specie in defectu visus & lucis oculorum. Loco hujus *je-coris mustelæ piscis* possunt substitui ejusdem *intestina*, si scil. simili modo per insolationem in calore \odot . convertuntur in liquorem oleaginosum: & deinde etiam *intestina LAMPRETÆ* vid. *BORELLUS Cent. 3. obs. 91.* ubi habet experimentum quoddam horum liquorum ex *mustelæ piscis* & *lampretæ intestinis*, in affectibus oculorum. Ulteriùs *tota mustela cocta* & comesta exhiberi solet contra *caducum* sive *Epilepsiam puerorum*. *SPINA mustelæ piscis* pulverisata est *specificum contra pleuritidem*, & solet misceri cum pulveribus *Pleuriticis* non sine ratione.

OSTREA.

Dixi superius, quod *cancri* & *ostreae* prosint in *phthisi* & *hectica*, ad quem usum imprimis solent convenire *ostreae*: quæ rei exemplum habet *LINDANUS in collegio super Hartmanni praxi Chymiatr.* qui refert curatam febriem *hecticam* exulcere pulmonum per copiosum *ostrearum* usum: si quis non possit commodè recipere *ostreas*, destillatur exinde ∇ . quæ non minoris est usus & efficacæ in cura *hecticæ*. *TESTÆ* *ostrearum* optimè possunt substitui *conchis margariferis* in usu medico, & his *conchis* omnibus oculi *cancrorum*, uti dixi.

PERCA der Persich.

Quæ est *culinaris*, sed *LAPIS* in capite re-pertus est officinalis: egregiè convenit in *calculo* pellendo à β ad $\beta\beta$. propinatus est *secretum remedium*, *renes* detergit, pellit \square *am* & *calculus*. Præterea in *dolore pleuritico* non minus commendatur ac *lapis Lucii piscis*. Ab *EICHSTADIO* in tract. de *confect. alkermes*, hic *lapis* cum *cardiacis* adhibitus *efficax* habetur, quoniam *signaturam* quasi *Cordis* habeat: Intrinsicus quoque solet adhiberi unà cum pulveribus aliis.

RANA AQUATICA.

DE ranunculo viridi habuimus superius, uti ex additione patet. Hic intelligitur *rana aquatica*, & quidem illa quæ in fluviis puris ac fortibus reperitur. *Ranis vescuntur* in quibusdam locis imprimis earum *coxis* in *phthisi* & *hectica*, uti etiam in *atrophia* in quibus alimentum præbent conveniens. *EPATA* ranarum ceu *singulare specificum* commendantur ad *Epilepsiam*, sed observetur *preparatio*: quam, ut habeant usum in *Epilepsia*, vid. apud *HARTMAN. in prax. chymiatr. p. 66.* Pertruncius sanè *ranas* & earum *Epata* comendat tanquam *remedium*, quod absq; dubio sanet *Epilepsiam* item eandem præparationem *Epata* ranarum habet *SEN.*